

82. **V**ae qui profundi estis corde, ut a Domino absconditis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis novit nos? *Isa. 29. 15.*  
 Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, *Matth. 9. 4. Vlt. & Hebr. 4. 13.*  
*Novit cogitationes & illi, quibus Deus voluerit revelari.*

**I**pe autem ingressus stetit coram domino suo, & dixit Elifaeus: Unde venis Giezi? Quis respondit: Non ivit servus tuus quoquam. At ille ait: Nonne cor meum in praesenti erat, quando recessit est homo de curru suo in occulum tuum? Nunc igitur accepti argentum, tam &... vestes, ut emas oliveta, & vineas, & oves, & boves, & servos, & ancillas, *Eccl. 4. Reg. 5. 25.*

**D**ixitque unus servorum ejus: Nequaquam Domine mi tex, sed Elifaeus Propheta, qui est in Israel, indicat regi Israeli omnia verba, quaecumque locutus fueris in conclavi tuo. *Ibid. 6. 12.*

**T**a rex cogitare coepit in stratu tuo, quid esset futurum post haec, & qui revelat mysteria, ostendit tibi, quae ventura sunt, &c. *Dan. 2. 29.*

## TITULUS XXX.

Cognitio Dei.

**H**omo enim videt ea, quae parent: Dominus autem intuetur cor. *1. Reg. 16. 7.*  
 Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? *Job 31. 4.*  
 In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. *Prov. 15. 3.*

**I**nferus & perditio coram Domino: quanto magis corda illorum hominum? *Ibid. v. 11.*  
 Omnes viae hominis patent oculis ejus: spiritum ponderat est Dominus. *Ibid. 16. 1.*  
 Non praevertit illud (Deum) omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo ullus sermo. *Eccles. 42. 20.*

Deus cognoscit bonos singulariter.

**E**t respexit Dominus filios Israel, & cognovit eos. *Exod. 2. 25.*  
 Quoniam novit Dominus viam iustorum. *Psalm. 1. 6.*  
 Prius quam te formarem in utero, novi te. *Jerem. 1. 5.*  
 Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus, qui sunt ejus. *1. Tim. 2. 19.*

**O**mnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus. *Hebr. 4. 13.*  
 Malis non accessit.

**M**ulti dicunt mihi in illa die: Domine Domine &c. *Matth. 7. 27.* Et nunc confitebor illis: Quia nunquam novi vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem. *v. 23.*  
 Amen dico vobis nescio vos. *Ibid. 23. 12.*  
 Si quis autem ignorat, ignorabitur. *1. Cor. 14. 38.*

Cognitio Dei praevertit exitum.

**C**ognoscitur Dominus iudicia faciens. *Psalm. 9. 17.* Convertuntur peccatores in infernum, omnes gentes, quae obliviscuntur Deum. *v. 18.*  
 Vacare & videre, quoniam ego sum Deus. *Ibid. 45. 11.*  
 Deus de caelo propevit super filios hominum; ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum. *Ibid. 52. 3.*

**V**ani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. *Sap. 13. 1.*  
 Cognovit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. *Isa. 1. 3.*  
 Quia stultus populus meus me non cognovit: filii insipientes sunt, & vecordes. *Jerem. 4. 22.*  
 Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt, dicit Dominus. *Ibid. 9. 3.*

**N**on gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in divitiis suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me: quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra. *Eccl. 5. v. 23.*  
 Misericordiam volui, & non sacrificium: & scientiam Dei, pluraquam holocausta. *Osae 6. 6.*  
 Revelatur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem, & in iustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestatum est in illis; Deus enim illis manifestavit. *Rom. 1. 18.*

Multipliciter acquiritur, scilicet, divina illustratio.

**Q**ui dixerunt Deo: Recede a nobis, & scientiam viarum tuarum nolimus. *Job 31. 14.*  
 Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. *Psalm. 4. 6.*  
 Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum. *Isa. 52. 6.*

**C**onfiteor tibi Pater, Domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. *Matth. 11. 25.*

**E**t nemo novit Filium nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. *Evangel. c. v. 27.*

**B**eatus es Simon Bar Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est. *(Vae scilicet esse Christum filium Dei tui) Ibid. 16. 17.*

**N**emo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum... Non quia Patrem vidit quicumque, nisi is, qui est a Deo, hic vidit Patrem. *Joan. 6. 44. 46.*

**N**eque me, scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsan & Patrem meum sciretis. *Ibid. 8. 19.*

**E**t cognoverunt vere quia a te exivi, & crederunt, quia tu me misisti. *Ibid. 17. 8.*

**E**t scimus, quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus, & vita aeterna. *1. Joan. 5. 20.*

Creaturarum consideratio.

**N**imirum interroga jumenta, & docebant te: & volatilia caeli, & indicabant tibi. Loquere terrae, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris, Quis ignorat, quod omnia haec manus Domini fecerit? *Job 12. 7.*

**C**aeli enarrant gloriam Dei. *Psalm. 18. 2.*

**V**ani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his, quae videntur bona, non poterunt intelligere eum qui est, nec operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex. *Sap. 13. 1.* Quorum si specie delectati, Deos putaverunt: sciant, quanto his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator haec omnia constituit. Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui haec fecit, fortior est illis. *v. 3.*

**A** magnitudine enim speciei, & creaturae cognoscibiliter poterit Creator horum videri. *Ibid. v. 5.* Creavit illis scientiam spiritus, & sensu implevit cor illorum. *Eccles. 17. 6.*

**O**pera enim, quae dedit mihi Pater, ut persciam ea ipsa opera, quae ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me. *Joan. 5. 36.*

**I**nvisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. *Rom. 1. 20.*

**E**x parte enim cognoscimus. *1. Cor. 13. 9.*

Scripturarum declarationes.

**S**crutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere: illae sunt, quae testimonium perhibent de me. *Joan. 5. 39.*

**S**i enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. *Ibid. v. 46.*

Salubriter perquiritur.

**N**osse enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis. *Sap. 15. 3.*

**N**on nocent, & non occidunt in universo monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquae maris operientes. *Isa. 11. 9.*

**V**ivificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & vivemus in conspectu ejus. Sciemus, sequemurque, ut cognoscamus Dominum. *Osae 6. 3.*

**H**aec est autem vita aeterna: ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. *Joan. 17. 3.*

**V**erumtamen exitum omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei. *Philip. 3. 8.*

**I**deo & nos ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia & intellectu spiritali: Ut ambuletis digne Deo per omnia placentes. *Coloss. 1. 9.*

**E**t omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum: quoniam Deus caritas est. *1. Joan. 4. 7.*

Cognoscit homo differenter.

**H**omo enim videt ea, quae parent. *1. Reg. 16. 7.*

**S**icut aqua profunda, sit consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud. *Prov. 20. 5.*

**V**estigium cordis boni, & faciem bonam difficile invenies, & cum labore. *Eccles. 13. 2.*

**Q**uis enim hominum scit, quae sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est? *1. Cor. 2. 11.*

Cognoscitur homo frequenter ex visu.

**I**n facie prudens luceat sapientia. *Prov. 17. 24.*

**S**apientia hominis luceat in vultu ejus, & potentissimum faciem illius commutabit. *Eccles. 8. 1.*

**C**or hominis immutat faciem illius, sive in bona, sive in mala. *Eccles. 13. 21.*

**E**x vultu cognoscitur vir, & ab occurru faciei cognoscitur sensatus. *Ibid. 19. 26.*

A Status.

Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Prov. 27. 19. Sicut rufificatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis. Eccli. 27. 7.

Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sunt opera ejus. Prov. 20. 11. Amictus corporis, & rufus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Eccli. 19. 27. Cognoscere subinde licet homines ex factis & verbis.

Mictus corporis, & rufus dentium, & est iudicium, quod non probatur esse bonum: & est taceus, & ipse est prudens. Ibid. 19. 27. A fructibus eorum cognoscetis eos. Matth. 7. 16.

Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: sicut enim ex fructu arbor agnoscitur. Ibid. 12. 33. Unaquaque enim arbor de fructu suo cognoscitur: neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant uvam. Luc. 6. 44.

Cognoscat Deus humana sapientia non potest, nisi ipse revelet.

Jesus dixit: Confiteor tibi Pater Domine cali & terre, quia abscondisti hac a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Matth. 11. 25. Mem habetur Luc. 10. 21. Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in calis est. Ibid. 16. 17.

Vos autem dixi amicos: quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Joan. 15. 15. Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. 1. Cor. 2. 10. Vide Coloss. 1. 26.

Sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum. 1. Cor. 3. 19. Cognitionem Dei nemo habet perfectam, nisi qui Spiritum Dei habet.

Animalis autem homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. 1. Cor. 2. 14. Non cesio gratias agens pro vobis, memoriam vestri factus in orationibus meis: ut Deus Dominus noster Jesu Christi pater gloriae, det vobis Spiritum sapientiae, & revelationis in agnitione ejus, &c. Ephes. 1. 16.

Es in hoc sciamus, quomodo cognovimus eum si mandata ejus observemus. 1. Joan. 2. 3.

Census. Vide Exod. 30.

Communio sub una specie. Vide Eucharistia.

TITULUS XXXI.

Composio.

Composio habenda ad proximum.

Uidebis Abraham captum esse Leth nepotem suum, celeriter & viriliter succurrit ei. Gen. 14. 14. Ruben & Judas resistebant ceteris fratribus volentibus occidere Joseph, & quoniam non viderunt eum ad patrem, tamen minus male actum est ei. Ibid. 27. 21. & seq.

Godoln compatiens factis fugatis, perivit panes pro eis. Judae. 8. 5.

Compatiens David lassus sociis, quia ad bellum ire non poterat, constituit, quod aqua parva esset descendente ad praelium, & remanente ad sarcinas. Ibid. 30. 24.

Cum Jexabel occidit Prophetas Domini Abias abscondit eorum ex eis, & parvit eos diebus multis. 3. Reg. 18. 4.

Pis compatiens Elifans usana debitoribus obligata, augmentavit ei modicum elei, quod habebat. 4. Reg. 4.

Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi: eo quod liberalem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset auditor, Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduae consolatus sum. Job. 29. 11. Vide etiam Tob.

Omnia ergo quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hac est enim lex & Propheta. Matth. 7. 12. Vid. Luc. 10. de Samaritanis.

Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Rom. 12. 15. Non solam pro presentibus malis compatiendum est proximo, sed etiam futuris.

Elifans videns Achabel, quia multa facturus esset filiis Israel, cepit flere. 4. Reg. 8. 11.

Non solum iusti in afflictione compatiendum est, sed etiam peccatoribus & iniusti.

Levi filii Benjamin filios Israel gravissime offenderunt, propter horum tamen excidium omnes elevata voce, & magno ululatu fleverunt. Judae. 2. 1.

Lugebat Samuel Saul, licet sciret eum a Deo prostratum. 1. Reg. 15. 35. Doluit David de occasione Abshalon factis acerbis, licet ille multum offenderet eum. 2. Reg. 18. 33.

Eliaz benigne accepit verbum mulieris factis durum, & pro filio eius mortuo, dolori illius compatiens, officiator oravit. 3. Reg. 17. 18.

Propterea (Propter destructionem Babilonis) repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me fletu angustia parturientis. Isa. 21. 3.

Recedite a me (dicebat Isaias), videns spirituales calamitates supervenientem in populo suo) amare flebo: nolite incumbere, ut consalemini me, super vastitate filia populi mei. Ibid. 22. 4.

Contra volentes compati proximo, & ex corde remittere, inducis Dominus parabolam de servo nequam, cui mille talenta fuerunt remissa, & voluit converso suo dimittere centum denarios. Matth. 18. 21.

Quoniam tristitia mihi magna est (dicebat Paulus compatiens fratribus & cognatis suis perennitibus) & continuus dolor cordi meo. Rom. 9. 2.

Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitae, quorum adoptio est filiorum, & gloria. Ibid. 9. 3.

Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? 2. Cor. 11. 29. Pilioli mei, quos iterum parturio. Galat. 4. 19.

Judicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. Jacob. 2. 13.

Compassio multorum. Vide Multorum compassio & pietas.

TITULUS XXXII.

Compositio.

Compositio gaudii pensatur.

Rufus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Prov. 14. 15. Amen, amen dico vobis: Quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Joan. 16. 20.

Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Ibid. v. 21. Jac. 4. 9. Et qui flent tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes. 1. Cor. 7. 30.

TITULUS XXXIII.

Concivatorum & Pastorum officium. Vide etiam Episcoporum electio & officium.

Abfit autem a me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis: & docebo vos viam bonam & rectam. 1. Reg. 12. 13.

Glamia, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum. Isa. 58. 1.

Spiritus Domini super me eo quod unxerit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis mihi me, ut mederer contritis corde, & predicarem captivis indulgentiam & clausis aperitorem, &c. Ibid. 61. 1.

Et dixit ad me: Fili hominis! quodcumque inveneris comede: Comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel. Ezech. 3. 1.

Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cum indero super eam gladium, & tulerit populus terrae virum unum de novissimis suis, & confliterit cum super se speculatorem, &c. Ibid. 33. 2.

TITULUS XXXIV.

Concordia fratrum commendatur.

Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum &c. Psal. 133. 1. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes, probata sunt coram Deo. Eccli. 2. 2. v. 1.

Idipsum invicem sentientes: non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Rom. 12. 16. Idem sapere, idemque sentire jubetur.

Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. 1. Cor. 1. 10. Vide & Rom. 12. 16.

Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes, idipsum sentientes. Philip. 2. 2. Ephes. 4. 3.

Imitatores mei estote fratres, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Philip. 3. 17. Idem 4. 2.

Thesaur. Biblic.

In fine autem, omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. 1. Petr. 3. 8.

## TITULVS XXXV.

Concupiscentia.

Concupiscentia prohibetur &amp; puniatur.

**N**on concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia, quae illius sunt. Exod. 20. 17.

Josue 7. 21. & ecce furor Domini concitatus in populum, adhuc caeterae erant in dentibus eorum, & vocatus est ille locus, sepulchra concupiscentiae: ibi enim pellexerunt populum, qui desideraverat; (scilicet canem) Num. 11. 33.)

Super filiam luxuriosam confirma custodiam: ne quando faciat te in opprobrium venire inimici, & detractione in civitate, & objectione plebis, & confundat te in multitudine populi. Eccl. 42. 11.

Peppi locas cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Job 31. 1. Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, ne capiaris nutibus illius: pretium enim scorti vix est unius panis, Prov. 6. 25.

Audisti quia dictum est antiquis: Non moechaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam moechatus est eam in corde suo. Matth. 5. 27.

Et alii sunt, qui in spinis seminantur, hi sunt, qui verbum audiunt, & arumnae saeculi, & deceptio divitiarum, & circa reliqua concupiscentiae introeunt, suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Marc. 4. 18.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiis ejus. Rom. 6. 12. Cap. 13. 14.

Non concupisces & Rom. 7. 7. Deut. 5. 21. Rom. 13. 14. 1. Cor. 10. 6. 1. Petr. 4. 3. 2. Petr. 1. 4. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Gal. 5. 16.

Mortificae ergo membra vestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quae est simulacrorum servitus. Coloss. 3. 5. Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione: ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore. 2. Thes. 4. 3.

Juvenilia autem desideria luge: sectare vero iustitiam, fidem, spem, caritatem, & pacem cum iis, qui invocant Dominum de corde puro. 2. Tim. 2. 22.

Carissimi, obsecro vos, tanquam advenas & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis, quae militant adversus animam, &c. 1. Petr. 2. 11.

Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo: quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae: quae non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transiit, & concupiscentia ejus. Joan. 2. 15.

Unde bella & lites in vobis? Nonne hiis ex concupiscentiis vestris, quae militant in membris vestris? Concupiscitis & non habetis: occiditis & zelatis: & non potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis... Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris infamatis. Jacobi 4. 1.

Concupiscentia mala peccatum operatur.

**S**ensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Gen. 8. 21. Scio enim, quia non habitat in me (hoc est) in carne mea bonum. Nam velle adhaeret mihi, perferere autem bonum non invenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo, malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quantum mihi malum adhaeret. Condolector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Rom. 7. 18.

Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: Ipse autem inimicum tentat. Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem. Jacobi 1. 15.

Concupiscentia carnis reseratur &amp; mortificatio subimitur.

**N**onne si bene egeris, recipies: si autem male, statim in foribus peccatum aderit? sed tu subditus erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius. Gen. 4. 7.

Auter iram a corde tuo, & amove malitiam a carne tua: Adolescentia enim & voluptas vana sunt. Eccl. 11. 10.

Ne lequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. Ibid. 7. 2.

Virginem ne concipias, ne forte scandalizeris in decore illius. Eccl. 9. v. 5. Averte faciem tuam a muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. Ibid. v. 8. Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Ibid. 7. 9.

Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere: Si praestes animam tuam concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ibid. 18. 30.

Auter a me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiae: ne sappehendant me. Ibid. 23. 6.

Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie. Ibid. 25. 28. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Matth. 6. 21.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiis ejus. Rom. 6. 12. Cap. 13. 14.

Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Ibid. 3. 8. v. 12. Dico autem: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Galat. 5. 16.

Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corruptitur secundum lucidum desiderii erroris. Ephes. 4. 22. 1. Petr. 4. 3.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominatur in vobis, sicut decet sanctos. Ibid. 5. 3.

Mortificate ergo membra vestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, &c. Coloss. 3. 5.

Erudens nos, ut abegantes impietatem, & saecularia desideria, sobrie & iuste, & pie vivamus in hoc saeculo. Ad Tim. 2. 12.

Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes: & invidias, & omnes detractiones. Sicut modo geniti infantes &c. 1. Petr. 2. 1.

## TITULVS XXXVI.

Condonandum fratri in voce peccati.

**M**emorare timorem Dei, & non irascaris proximo. Eccl. 28. 8. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Matth. 5. 22. Item v. 27.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater vester caelestis delicta vestra. Ibid. 6. 14.

Dicit illi Jesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. Matth. 18. 22. Sic & Pater meus caelestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de coramibus vestris. Ib. 31.

Attendite nobis: Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum: & si poenitentiam egerit, dimitte illi. Luc. 17. 3.

Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Ephes. 4. 32.

## TITULVS XXXVII.

Confessio.

Confessio peccatorum in Scripturis varia &amp; multiplex.

**M**ajor est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Gen. 4. 13. Peccavi etiam: nunc: Dominus iustus: ego & populus meus, impii. Exod. 9. 27. Peccavi... appare enim quod stulte egerim, & ignoraverim multa nimis. 1. Reg. 26. 21. Peccavi tradens sanguinem iustum. Matth. 27. 4.

NB. Nullus homo sine peccato est, quia non recto corde dixerunt. Tunc demum remittens pincernarum magister ait: Confiteor peccatum meum. Gen. 41. 9.

Postquam emundaverit sanctuarium & tabernaculum & altare, tunc offerat hircum viventem: & posita utraque manu super caput ejus, constitueat omnes iniquitates filiorum Israel, & universa delicta, atque peccata eorum: quae imprecans capiti ejus, emittet illum per hominem paratum, in desertum. Levit. 16. 20.

Donec constituantur iniquitates suas, & majorum suorum, quibus pravaricati sunt in me, & ambulaverunt ex adverso mihi. Ibid. 26. 40. Josue 7. 19.

Vt si ve mulier, cum fecerit ex omnibus peccatis, quae solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, constituantur peccatum suum. Num. 5. 6.

Afflicti filii Israel per ignem serpentes, veniunt ad Moysen, atque confessi sunt: Peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum, & te. Ora ut tollat a nobis serpentes. Quod etiam factum. Ibid. 21. 7. Vide v. 7. 8. 9.

Peccavimus: redde tu nobis quidquid tibi placet: tantum nunc libera nos. *Judic. 16. 17.*  
 Er dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. *1. Reg. 12. 13.*

Dixitque David ad Dominum, cum vidisset Angelum cadentem populum: Ego sum qui peccavi, ego inique egi: isti qui oves sunt, quid fecerunt? *Ibid. 24. 17. Idem 1. Paral. 21. 17. 1. Esdr. 9. 6.*

Dixit Nibemias: Confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaverunt tibi, ego & domus patris mei peccavimus, vanitate seducti sumus, &c. *2. Esdr. 1. 6. Vide & Tob. 3. v. 3. Dan. 9. 2. 9. 5.*

Et confurrexerunt ad standum: & legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum. *2. Esdr. 9. 3.*  
 Dixi: Confitebor adversum me in injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. *Psal. 31. 5. Ibid. 37. 19.*

Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est. *Ibid. 53. 8.*  
 Non declines cor meum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis. *Ibid. 141. 4.*  
 Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subicias te omni homini pro peccato. *Ezai. 47. 3. 1. Esdr. 9. 3.*

Non te justifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est. *Ibid. 7. 5.*  
 Narra si quid habes, ut justificeris. *Isa. 43. 26. Prov. 16. 3. 18. 17.*  
 Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. *Prov. 28. 12.*

Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in caelo: & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo. *Matth. 18. 18. Ib. 19. Joah. 20. 23.*  
 Et egrediebatur ad eum omnis Judaeae regio, & Jerosolymitae universi, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua. *Marc. 1. 5. Matth. 3. 6.*

Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in caelum & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus. *Luc. 15. 18.*  
 In veteri lege figurabiliter instruebatur ab ipso Deo (Deut. 17.) quando leprosus (per quos mystice intelliguntur peccatores, qui spiritali lepra i. e. peccato infecti & immundi sunt) voluit manifestandis sacerdotibus, ut ipsi iudicarent inter leprosum & inter non leprosum, &c. id quod Christus duxit observandum, quoniam dixit eis, quos a lepra mundaturus erat inquit: *Luc. 17. 14.*

Ite, ostendite vos sacerdotibus. *Luc. 17. 14.*  
 Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini: multum enim vult deprecatio justis assidua. *Jacob 5. 16.*  
 Multaque credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos. *Act. 19. 18.*

Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus (Dei), ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. *1. Joan. 1. 9.*

Confessio peccatorum & in novo testamento confirmatur.

Amen dico vobis: quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in caelo: & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo. *Matth. 18. 18.* Vade ostendite sacerdoti. *Ib. 8. 4. Vide & Joan. 20. 22. collato Apoc. 3. 7. Item Matth. 16. 18.*

Et egrediebatur ad eum omnis Judaeae regio, & Jerosolymitae universi: & baptizabatur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua, &c. *Marc. 1. 5.*

Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in caelum & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. *Luc. 15. 18.*

Multaque credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos. *Act. 19. 18.*  
 Et dedit nobis ministerium reconciliationis, &c. *2. Cor. 5. 18.*

Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem. *Jacob 5. 16. 1. Joan. 1. 9.*

Confessio peccatorum in oratione.

ET expandi manus meas ad Dominum Deum meum, & dixi: Deus meus, confundor & erubescere levare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostrae multiplicatae sunt super caput nostrum, &c. *1. Esdr. 9. 5.*

Et separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena: & steterunt, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum. *2. Esdr. 9. 2.*

Delictum meum cognitum tibi feci: & injustitiam meam non abscondi. *Psal. 31. 5.*  
 Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, & recessimus, & declinavimus a mandatis tuis, & iudicasti. *Dan. 9. 5.*

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *Luc. 11. 4. Vide & Mat. 6. 12.*

Et Publicanus a longe stans, volebat nec non oculos ad caelum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. *Ibid. 18. 13.*

## Confidentia in Deum &amp; Magnanimitas.

Mosis fecit quam Pharaonem multaverit, & confidenter arguabat eum. *Exod. 5. & cap. seq.*  
 Dominus qui eripuit me de manu leonis & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philistaei hujus, *Goliath. 1. Reg. 17. 37.*  
 Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini -- qui dabit te in manu mea &c. *Ibid. v. 45.*

Confidenter licet reverenter arguit Nathan Propheta David. *2. Reg. 12. 1.*  
 Dixit Elias magnanimitas ad Achab: Non ego turbavi Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti mandata Domini. *Est post haec factis Prophetiae quadringentos occidi. 3. Reg. 18. v. 18. Ibid. v. 40. Vide & 4. Reg. 1. 15.*

Elifens in Deum confusus dicit: Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. *4. Reg. 6. 16.*  
 Ezechias Locutus est ad cor eorum, dicens: Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paveatis regem Assyriorum & universam multitudinem, quae est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo. *2. Paral. 32. 6.*

Cum illo enim est brachium carnis: nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Confortatusque est populus hujuscemodi verbis, *Ibid. v. 8.*  
 Mira animi magnitudinis fuit Judith, quae inermis fuit ad tentorium Holofernis, & cum ibi occidit Judith. *10. & 13. cap.*

In Domino confido. *Psal. 10. 1.*  
 In te confidit anima mea. *Ibid. 56. 2.*  
 Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. *Psal. 117. 28.*  
 Qui confidunt in Domino sicut mons Sion: non commovebitur in aeternum, qui habitat in Jerusalem. *Psal. 124. 1.*

Qui confidunt in illo (in Domino) intelligent veritatem: & fideles in dilectione adquirent illi. *Sap. 3. 9.*  
 Qui confidit in illo (in Domino) non minorabitur. *Ecclesi. 22. 28.*  
 Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo. *Prov. 3. 5.*  
 Ne paveas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. *Ibid. v. 25.*  
 Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum, ne capiaris. *Prov. v. 26.*

Anxius & solus confidenter dixerunt: Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis. *Dan. 3. 17.*  
 Dani. editum regis Darii non curans, Dominum suo more confuso adoravit, confitebaturque coram Deo suo. *Dan. 6. 10.*

Matthaeus & filii eius magnanimitas rebellaverunt, & resistenter Antiocho. *1. Mach. 2. Vide & 1. Mach. 6. v. 43. 1. Mach. 5. 1. Mach. 11.*

Facile est concludi multos in manus paucorum: & non est differentia in conspectu Dei gratiae, liberare in multis & in paucis. *Ibid. 3. 18.*  
 Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo fortitudo est. *Ibid. v. 19.*

Matthaeus & qui cum eo erant, videntes auxilium de caelo sibi missum, convulnerunt animis, & non solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare. *2. Mach. 11. 9.*  
 Confidite, ego sum: nolite timere. *Marc. 6. 50.*

Vide tibi magnanimitatem caesi nati, a Domino illuminati, qui confidenter veritatem de Domino fatebatur. *Joan. 9. Vide etiam Act. 2. 3. 4. 5. &c. quanta fiducia & magnanimitas Apostoli coram populo, ac Pharisaeorum & magistratum Collegio praedicaverunt.*  
 Confidite, ego vici mundum. *Joan. 16. 33.*  
 Si Deus pro nobis, quid contra nos? *Rom. 8. 31.*

## TITULVS XXXIX.

## Confidentia vana &amp; stulta.

Vane & stulte nimium in se confidebant edificatores turris Babel, quorum lingua mortis confusit Dominus. *Gen. 11. 1.*

Pharaon cum suis Aegypti in curribus & equis stulte confidentes, dum adversus Dominum persequerentur Hebraeos, submersi sunt in mari rubro. *Exod. 14.*  
 Nimis armis & viribus confidentem gigantem Goliath occidit David parvulus. *1. Reg. 17.*  
 Vide tibi vana & stulta Holofernis in potentiam & armis confidentiam, dicitur: non esse Deum, nisi Nabuchodonosor, cuius tamen capus amputavit imbecilli femina. *Judith. 6. 2. & c. 13.*

Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine divitiarum suarum gloriantur. *Psal. 48. 7.*  
 Et relinquunt alienis divitiis suas, & sepulcra eorum, domus illorum in aeternum. *Ibid. v. 12.*  
 Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit catenam brachium suum, & a Domino recedit cor ejus. *Jerem. 17. 5.*  
 Qui confidit in divitiis suis, corrumpet. *Prov. 11. 18. Vide de hoc effato exemplum. Luc. 12. v. 16.*  
 Qui confidit in cogitationibus suis, impie agit. *Ibid. 12. 2.*  
 Qui autem confidit in cogitationibus suis, stultus transiit & confidit. *Ibid. 14. 16.*  
 Sapiens timet, & declinat a malo: stultus transiit & confidit. *Ibid. 28. 26.*  
 Qui confidit in corde suo, stultus est. *Ibid. 28. 26.*  
 Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samaria: optimates, capita populorum, ingredientes pompaticae domum Israel. *Amos 6. 1.*  
 Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili. *Isa. 47. 17.*  
 Non est qui invocet iustitiam, neque est qui iudicet vere: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates: conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. *Isa. 59. 4.*  
 Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis. *Jerem. 7. 8.*  
 Vide exemplum stultae confidentiae in bonis operibus in Pharisaeo. *Luc. 18. 10.*

## TITULUS XL

Confiteri Christum & eius verbum. Vide & erubescere Evangelium.

Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est. *Matth. 10. 32.*  
 Dico autem vobis: Omnis, quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei: Qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. *Luc. 12. 8.*  
 Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo crederis, quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. *Rom. 10. 9.*

## TITULUS XLI

Confirmatio.

Confirmatio: modus & fructus.

Tunc oblatis sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. *Matth. 19. 15. Vide & Luc. 18. 15.*  
 Et offerbant illi parvulos, ut tangeret illos. Et cum cepisset eos in ulnas, imposuit manus super illos, benedicebat eos. *Matth. 10. 13.*  
 Manus cito nemini imponeris. *Act. 6. 6.*  
 Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus. *1. Tim. 5. 22.*  
 Josue vero filius Nun repletus est spiritu sapientiae, quia Moyses posuit super eum manus suas. *Deut. 34. 9.*  
 Admonco te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. *2. Tim. 1. 6.*  
 Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum. *Act. 8. 17.*  
 Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. *Ibid. 19. 6.*  
 Confirmatio: Sacramentum.  
 Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. *Act. 8. 17. Hebr. 6. 2. 2. Cor. 1. 21. Ephes. 1. 13.*

## TITULUS XLII

Conjuratio & solatio, eiusque punitio.

Ecce Coré, Dathan & Abiram seditionem movent, hosque vivos terra absorbet, illos vero cum sociis devorat ignis, sed & alios 14700. murmurantes consumpsit incendium. *Num. 16.*  
 Cumque indigeret aqua populus, conveniunt advenit Moyses & Aaron: & versi in seditionem discesserunt: Utinam perisset inter fratres nostros coram Domino, &c. *Ibid. 20. 2.*  
 Misitque Dominus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichen, qui ceperunt eum detestari, &c. *Judic. 9. 23.*  
 Erantque adversus Iisrahel insurgentes, ad vada Jordanis occurrunt, &c. *Ibid. 12.*  
 Frustrum fratre Absai persequens Sebam filium Bochi moviorem contra David seditionem in Israel. *Amos tam in via occidit, tandemque ab obsidione Absai, misso Sebe per murum castris, discedit. 2. Reg. 20.*  
 Eo igitur tempore, quo Mardocheus ad regis januam morabatur, irati sunt Bagathan & Thares, duo Eumchi regis, qui janitores erant, & in primo palatii limine praesidebant, vo-

lueruntque insurgere in regem, & occidere eum, quod Mardocheus non latuit, statimque nuntiavit regina: Either, & illa regi, ex nomine Mardochei, qui ad se rem detulerat. Quasitum est & inventum; & appensus est uterque eorum in patibulo. *Esther 2. 21.*  
 Ante hos enim dies exiit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consentit numerus virorum circiter quadringentorum: qui oculus est: & omnes qui credebant ei dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hunc exiit Judas Galilaeus in diebus prolesionis, & avertit populum post se, & ipse perit: & omnes quotquot consenserunt ei dispersi sunt. *Act. 15. 36.*  
 Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini, quam aggre tandem sedas Alexander. *Ibid. 19. 23.*  
 Facta autem die, collegerunt se quidam ex Judaeis, & devoverunt se dicentes: neque manducatuos, neque bibituos, donec occiderent Paulum, &c. *Ibid. 23. 12.*

## TITULUS XLIII

Confusio salutaris.

Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. *Eccli. 4. 25.*  
 Non modo confundetur Jacob: nec modo vultus ejus erubescet, sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum, & sanctificabant sanctum Jacob, & Deum Israel praedicabunt: & scient errantes spiritum intellectum, & multatores dicent legem. *Isa. 29. 22.*  
 Quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt, quam ob rem cadent inter rantes. *Jerem. 6. 15.*  
 Et recordabimini viam vestrarum, pessimarum, studiorumque non honorum, & displicebunt vobis iniquitates vestrae, & scelera vestra. *Exreb. 36. 31.*  
 Confundimini, & erubescite super viis vestris, domus Israel. *Ibid. v. 31.*

Confusio sanantis.

Erubescite a patre & a matre de fornicatione, & a praeidente, & a potente de mendacio. A principe & a iudice de delicto, a synagoga, & a plebe de iniquitate, a socio & amico de iniustitia, & de loco in quo habitas, de iusto, de veritate Dei, & testamento. *Eccli. 4. 21.*  
 Quomodo confunditur Iur, quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum. *Eccli. 23. 26.*  
 Domini in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Dominus Deo nostro peccavimus. *Ibid. 3. 25.*  
 Confundemini a fructibus vestris propter iram furoris Domini. *Ibid. 12. 13.*  
 Confundantur qui me persequuntur, & non confundat ego. *Ibid. 47. 18.*

## TITULUS XLIV

Conubium.

Conubium materiale. Vide Matrimonium.

Conubium spirituale: inter Deum & animam.

De hoc vide eorum librum, quod inscribitur *Carolicum Conventum*.  
 Non vocaberis ultra Deserta: & terra tua non vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua Inhabitata, quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabit. *Isa. 62. 4. Vide & cap. 50. 1. 54. 15. & 61.*  
 Utique quo deliciis dissolveris filia vraga? quia creavit Dominus novum super terram: semina circumdabit virum, *Jerem. 31. 22.*  
 Multiplicatam quasi germen agri dedit te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & pervenisti ad mundum muliebrem: ubera tua intumuerunt, & pilus tuus germinavit, & eras nuda, & confusione plena. Et transivi per te, & vidi te: & ecce tempus tui, tempus amantium: & expandi amicum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iravi tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi. *Eccli. 16. 7.*  
 Et sponsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus. *Isa. 2. 20.*  
 Nunquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? *Matth. 9. 15. Idem Marci 2. 19.*  
 Emulor enim vos Dei emulatio, respondit enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. *2. Cor. 11. 2.*  
 Gaudemus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiae Agnai, & vos: ejus preparavit se. *Apoc. 19. 7.*  
 Et ego Johannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam, descendentem de caelo a Deo: paratam, sicut sponsam ornatum viro suo, &c. *Ibid. 21. 2. Vide eorum Caput 21. 2.*

T I

Conscientia.

Conscientia bona tranquillitas.

**C**irca Job inter omnia adversa tam constans fueris, reddidit rationem his verbis: Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. *Job 27. 6.*  
Omnes dies pauperis mali: secuta mens quasi iuge convivium. *Prov. 15. 15.*  
Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia: & nequissima paupertas in ore impii. *Ecclesi. 13. 32.*  
Carissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. *1. Joan. 3. 21.*  
Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ, quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo: abundantius autem ad vos. *2. Cor. 1. 12.*

Conscientia mala perturbatio.

**P**rimi nostri parentes post commissum peccatum, a mala conscientia agitati, timent, fugiunt, abscondunt se. *Gen. 3. 8.*  
Cain timorem a mala conscientia causatum satis prodit, tum per verba illa: Omnis, qui invenit me, occidet me: tum per hoc, quod semper fuit vagus, & profugus in terra. *Gen. 4. 14.*  
Frater Joseph, cum esset in angustia, a conscientia peccati in Joseph commissi admoniti, locuti sunt ad iovicum: Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum &c. idcirco venit super nos ista tribulatio. Ex quibus unus Ruben ait: Numquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum, & non audistis me? en sanguis ejus exquiritur. *Ibid. 42. 21.*  
David de se testatur. Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum: quoniam iniquitates mea supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatae sunt super me: miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar. *Psal. 37. 4.*  
Frequenter enim preoccupant pessima redarguente conscientia. *Sap. 17. 10.* Cum sit enim timida nequitia dat testimonium condemnationis: semper enim præsumit læva perturbata conscientia. *Ibid. 11.*  
Balisazar Rex ad aspectum manus in pariete scribentis a mala conscientia ira fuit percussus, ut de eo legatur: Tunc facies regis commutata est, & cogitationes ejus conturbabant eum, &c. *Dan. 5. 6.*  
Antiochus Rex de se ipso conqueritur: Recedit somnus ab oculis meis, & concidit, &c. *Capitulum mox addit tantæ angustia: Nunc reminiscor malorum, quæ feci in Jerusalem. 1. Mac. 6. 10.*  
Judæ proditor, quia tormentum malo conscientia amplius tolerare non potuit, Abieus laqueo se suspendit. *Matth. 27. 5.*  
Vermis conscientia non moritur. *Marc. 9. 45.*

TITULUS XLVI.

Consecratio Sacerdotum, dierum, vestium, ceterorumque; quorum est usus in sacris.

**P**orro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras in gloriam & decorem: vestietque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios ejus cum eo. *Exod. 28. 40.*  
Sed & hoc facies, ut mihi in sacerdotio consecratur. *Ibid. 29. 1.* Et oleum unctionis suas des super caput ejus, atque hoc ritu consecrabitur. *Ibid. 7.* Cumque tuleris de sanguine, qui est super altare & de oleo unctionis, asperges Aaron & vestes ejus, filios & vestimenta eorum. *Ibid. 21.* Vestem autem sanctam, qua utetur Aaron, habebunt filii ejus post eum, qui utungantur in ea, & consecrentur manus eorum. *Ibid. 29.* Omnia, quæ precepti tibi facies super Aaron & filios ejus: septem diebus consecrabis manus eorum. *Ibid. 35.*  
Et ait Moyses: Consecratis manus vestras hodie Domino, unguisquæ in filio & in fratre suo, ut detur vobis benedictio. *Ibid. 32. 29.*  
Est assumptio unctionis oleo, unges tabernaculum cum vasis suis, ut sanctificentur: Altare holocausti, & omnia vasa ejus: labrum cum basi sua: omnia unctionis oleo consecrabis, ut sint Sancta sanctorum. *Ibid. 40. 9.*  
Tenebit manus adipe hostiæ, & pectusculum: cumque ambo oblata Domino consecraverit, tradet sacerdoti. *Levit. 7. 30.*  
Antennis quoque filiorum ejus consecratio, ac tabernaculi suppellectilisque ejus unctio declaratur. *Ibid. 8.* Obltulit & arietem secundum, in consecratione sacerdotum; posueruntque super caput ejus Aaron & filii ejus manus suas. *Ibid. 22.* Cumque sanctificasset eos in vestitu suo, precepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas: panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in castris, sicut precepit mihi Dominus, sicens: Aaron & filii ejus comedent eos. *Ibid. 37.*

Seortum & vitæ prostitulum non ducunt uxorem, nec eam, quæ repudiata est a marito: quia consecrati sunt Deo suo, & panes propositionis offerunt. *Levit. 21. 7.* Pontifex, id est sacerdos maximus inter fratres suos super cuius caput fufum est unctiois oleum, & cuius manus in sacerdotio consecrate sunt, vestitusque est sanctis vestibus, &c. *Ibid. 10.*  
Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cadetur aquas immaculatus anniculus in holocaustum Domini. *Ibid. 23. 12.*

Omni tempore separationis sue novacula non tranfibit per caput ejus usque ad completum diem, quo Domino consecratur. Sanctus erit crescente cæsarie capitis ejus. *Numm. 6. 5.* Sin autem mortuus fuerit subito quisquam eorum eo, tollatur caput consecrationis ejus: quod radet illico in eadem die purgationis suæ, & rursum septima. *Ibid. 9.*  
Factum est autem in die, qua complevit Moyses tabernaculum, & erexit illud, unxitque & sanctificavit cum omnibus vasibus suis, altare similiter, & omnia vasa ejus. *Ibid. 7. 1. Vide & 1. Paral. 22. 19.*

Non est tui officii Ozia, ut adoleat incensum Domino, sed sacerdotum, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. *2. Paral. 26. 28. Vide insuper loca sequentia Jos. 6. 24. Jud. 16. 17. cap. 17. 3. Reg. 15. 13. 1. Paral. 10. 10. cap. 18. 11. cap. 22. 19. 2. Paral. 2. 4. cap. 17. 16. cap. 23. 9. 1. Esdr. 3. 5.*

Consensus communis. Vide Vitis

TITULUS XLVII.

Consilium.

Consilium divinum incomprehensibile.

**Q**uis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? *Sap. 9. 11.*  
Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est majestatis, opprimetur a gloria. *Prov. 25. 27.*  
Quis audivit spiritum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit, & ostendit illi? cum quo inivit consilium, & instruxit eum? *Ibid. 40. 13.*  
Quis enim assuit in consilio Domini? *Jer. 23. 18.*  
Fortissime, magne & potens, Dominus exercituum nomen tibi: Magus consilio & incomprehensibili cogitatu. *Ibid. 32. 19.*  
Quis cognovit sensum Domini, aut quis prior dedit illi, & retribuatur ei? *Rom. 11. 34.*  
Ita & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei. *1. Cor. 2. 11.*  
Quis cognovit sensum Domini, qui instruxit eum. *Ibid. v. 16.*

Insuperabile.

**N**on est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. *Prov. 21. 30.*  
Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. *Ibid. 46. 10.*  
Et nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & finite illos: quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvetur. Si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud, ne forte & Deo repugnare inveniamini. *Matth. 5. 38.*

Irreprehensibile.

**C**onsilium autem Domini in æternum manet. *Psal. 32. 11.*  
Terribilis in consiliis super filios hominum. *Psal. 67. 5.*  
Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit; quando venerit super vos tribulatio & angustia: tunc invocabunt me, & non exaudiam: mane confurgent, & non invenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperunt, nec adqueverunt consilio meo, & detraherent universe correptioni meæ. *Prov. 1. 27.*

Consilium bonum, & illi non obsequi est periculosum.

**A**ngeli, qui apparuerunt Loth, dederunt ei bonum consilium, ut exiret de Sodomis, & generis sui secum ducere, nequaquam post tergum respicerent, sed in monte salvos se facerent. Qui Loth dixit quidem generi suis, qui accepturi erant filias ejus, ut egrederentur. Sed usus est eis quasi ludus lothi. Hinc generi Loth, volentes exire de medio prævegentis, perierunt cum Sodomitis: uxor ejus respiciens, versa est in statum salis: Iste autem Loth, qui secutus est consilium Angelorum noluit statim in montem ascendere, sed in spelunca permansit, cum propriis filiabus peccavit. *Gen. 19.*  
Ruben consuluit fratrem suum, ut Joseph redderetur patri suo: Qui non adqueverunt illi: idcirco uxor postea super eos tribulatio. *Ibid. 37. 20. Vide cap. 42. 22.*  
Sed audi verba mea atque consilia, & erit Dominus tecum. *Exod. 18. 19.*  
State, ut consilium, quid præcipiat Dominus de vobis. *(de immundis super animam hominis.) Num. 9. 8.*

*Uacillat aggerentes prallium contra consilium & voluntatem Domini, caduntur ab hostibus. Num.*  
*14. 40. Vide & Judic. 20. Item 1. Mach. 5. Item 1. Mach. 9.*  
 Gens abque consilio est, & sine prudentia. Utinam sapierent, & intelligerent, ac novissima  
 providerent. *Deut. 32. 28.*  
 Melius est consilium Chulal Arachitz, consilio Achitophel. *2. Reg. 17. 14.*  
 Robam noluit amittere consilium suum, sed consilio iuramentum adquisivit, & ideo magnum populi sui  
 partem amisit. *3. Reg. 22. ubi Helisericus bonum, & facie consilium Achitoli contempsit, sed paulo post  
 fuit cecidit. Vide & Judic. 6.*  
 Quam ob rem Rex consilium meum placeat tibi: & peccata tua elemosynis redime. *Dicit  
 David ad regem Nabuchodonosor. Qui autem non adquisieris mutatus est in hostiam. Dan. 4. 24.*  
 Orate, ut firmum faciat Deus consilium meum. *Job. 8. 31.*  
 In corde meo (Domine) consilium corrobora, ut domus tua in sanctificatione tua perma-  
 neat. *Ibid. 9. 18.*  
 Der tibi (Deus) gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret. *Ibid. 10. 8.*  
 Conservasti animam tuam, eo quod tale reperisti consilium, ut descenderes ad Dominum  
 negotium. *(hic in voce) Job. 15. 15.*  
 Pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. *Tob. 4. 10.*  
 Numquid consilium Dei audisti? (obediens) non. *Job. 15. 8.*  
 Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem. *Psal. 12. 2.*  
 Tribuas tibi (Deus) secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet. *Ibid. 19. 5.*  
 Obliti sunt operum eius, & non sustulerunt consilium eius. *Ibid. 103. 13.*  
 Exacerbaverunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritaverunt. *Ibid. 106. 11.*  
 Desperxistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. *Prov. 1. 25.*  
 Consilium custodite te. *Ibid. 2. 1.*  
 Custodi legem (meam) atque consilium (meum) & erit vita anime tuae. *Ibid. 3. 21.*  
 Ego sapientia habito in consilio, & eruditus litterarum cogitationibus. *Ibid. 8. 12.*  
 Meum est consilium & equitas. *Ibid. v. 14.*  
 Qui autem agunt cum consilio, reguntur sapientia. *Ibid. 13. 10.*  
 Alturus omnia agit cum consilio. *Ibid. v. 16.*  
 Vocabitur nomen eius Admirabilis, consiliarius. *Ibid. 9. 6.*  
 In novissimis diebus intelligetis consilium eius. *(quod verbo contempseritis) Jerem. 23. 20.*  
 Si consilium dederit tibi, non me audies. *(Ipsa) Ibid. 38. 15.*  
 Et ecce Simon frater vester, scio quod vir consili est: ipsam audite semper, & ipse erit  
 vobis pater. *1. Mach. 2. 65.*  
 Providimus animabus nostris vestro terrore compulsi, & hoc consilium inivimus. *Jos. 9. 24.*  
*Consilium bonum, verum attendit a quo habet.*

**A**udi verba mea atque consilia, & erit Deus tecum, &c. *Exod. 18. 19. Ibid. v. 25.*  
 Consilium semper a sapiente perquire. *Tob. 4. 19.*  
 Qui autem sapiens est, audit consilia. *Prov. 12. 15.*  
 Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri. *Ibid. 20. 7.*  
 Multi pacifici sunt tibi, & consiliarius fit tibi unus de mille. *Eccle. 6. 6.*  
 Cum fatuus consilium non habetis: non enim poterat diligere, nisi que eis placeat. Cor-  
 ram extraneo non facias consilium, nec sis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum ma-  
 nifesta, eo forte inferat tibi gratiam falsam, & convertietur tibi. *Ibid. 8. 20.*  
 Et cum sapientibus & prudentibus tracta. *Ibid. 9. 2.*  
 Non omnem hominem inducas in domum tuam: multo enim sunt insidia dolosi. Sicut enim  
 erudiat precordia iocundum, & sicut perdis inducitur in caveam, & ut caprea in laqueum,  
 sic & cor superborum: & sicut prospector videns casum proximi sui: bona enim in malis coop-  
 verentur infidatius, & in clodis impovert maculam. *Ibid. 11. 31.*  
 Scientia sapientis tanquam mandatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitae perma-  
 net. *Ibid. 21. 16.*  
 Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum injusto de iustitia. *Ibid. 37. 12.* Sed cum  
 viro sancto audisus esto, quemcumque cogoveris observantem timorem Dei, cuius anima est  
 secundum animam tuam. *Ibid. v. 15.*  
 Cor boni consilii statum eorum. *Ibid. v. 15.*  
 Anima viri sancti eruditior aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excel-  
 so ad spectandum. Et in his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam  
 tuam. *Ibid. v. 18.*  
 Omni tempore benedic Deum -- si omnia consilia tua in ipso permaneant. *Tob. 4. 20.*  
 Et consilium meum iustificationes tuae. *Psal. 118. 24.*  
 Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non penitebis. *Eccle. 32. 24.*  
 Ante omnia opera verbum verax precedat te, & ante omnem actum consilium stabile.  
*Ibid. 37. 20.*

*Consilium bonum utilitatem praebet.*  
**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione. *Psal.*  
*110. 1.*  
 Salus autem, ubi multa consilia. *Prov. 11. 14.*  
 Qui autem pacis incutat consilia, sequitur eos gaudium. *Ibid. 12. 20.*  
 Dissipantur cogitationes, ubi non est consilium: ubi vero sunt plures consilii, & confirma-  
 tur. *Prov. 15. 22.*  
 Cogitationes consilii roborantur. *Ibid. 20. 18.*  
 Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhaustus illud. *Prov. 20. 5.*  
 Unguento, & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici consilii anima dulcoratur.  
*Ibid. 27. 9.*  
 Loramentum ligneum colligatum in fundamento aedificii non dissolvetur: sic & cor confir-  
 marum in cogitatione consilii. *Eccle. 25. 19.*  
 Quam speciosum cantici iudicium, & presbyteris cognoscere consilium. *Eccle. 25. 6.*  
 Aurum & argentum est constitutio pedum: & super utrumque consilium bene placitum.  
*Ibid. 44. 25.*

*Consilium malum.*  
**D**abo consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. *Num. 24. 14.*  
 Cur superveritis inentes filiorum Israel, ne transite audeat in locum; quem eis daturus  
 est Dominus? *Ibid. 31. 7.*  
 Nec inveniatur in te, qui iustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem; -- nec qui  
 pythones consulat, nec divinos, aut quae a mortuis veritatem. *Dicit. 18. 10.* Omnia enim  
 haec abominatur Dominus. *Ibid. v. 12.*  
 Principes filiorum Ammon male susceperunt regi suo, ut desolaretur nuntio: David. *2. Reg. 10.*  
 Jonadab nepos David malum consilium dedit Ammon, ut desolaretur sortem suam: de quo postea ma-  
 la mala evenerunt. *Ibid. c. 13.*  
 Desolandum & turpe consilium dedit Achitophel Salomoni. *2. Reg. 16. 21. Vide & 1. Edd. 4. Item  
 Dan. 6. 1. Mach. 1.*  
 Conduxerunt autem adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum. *1. Esdr. 4. 9.*  
 Dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod ceperant. *Job 5. 12.*  
 Numquid bonum tibi videbit, si -- & consilium impiorum adjuves? *Ibid. 10. 3.*  
 Adducit consiliarios (malos) in stultum finem, & iudices in stuporem. *Ibid. 12. 17.*  
 Et precipitabit eum (impium) consilium suum. *Ibid. 18. 7.*  
 Consilium impiorum longe sit a me. *Ibid. 21. 16.*  
 Cui deditis consilium? hostiam illi, qui non habet sapientiam. (nonne presumptio est?)  
*Ibid. 26. 2.*  
 Non est consilium contra Dominum. (ipse det: sed magis contra nos est.) *Prov. 21. 30.*  
 Noli consiliari cum eo, qui tibi infidat, & azelantibus abscondit consilium. *Eccle. 27. 9.*  
 A consiliario (malo) serva animam tuam, prius scito, quae sit illius necessitas. *Ibid. 27. 9.*  
 Sapientes consilii Pharaonis dederunt consilium insipienti. *Ipsa. 19. 11.*  
 Non solum qui ea faciunt (digni sunt morte) sed etiam qui consentiant facientibus (consilium  
 dando). *Rom. 1. 32.*

*Consilium malum dolose machinatur*  
**C**onsilium malignantium obfedit me. *Psal. 21. 17.*  
 Accipere animam meam consiliati sunt. *Ibid. 30. 14.*  
 Super populum meum malignaverunt consilium. *Ibid. 32. 4.*  
 Consilia impiorum fraudulenta. *Prov. 12. 5.*  
 Veruntamen, quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium eorum longe sit a me.  
*Job 21. 16.*  
 Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. *Psal. 1. 1.*  
 Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum: sed  
 Deus vertit illud in bonum. *Gen. 50. 19.*  
 Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quae ceperant.  
*Job. 5. 12.*  
 Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium pravorum dissipat. *Ibid. v. 13.*  
 Adducit consiliarios in stultum finem. *Ibid. 12. 17.*  
 Dominus dissipat consilia gentium. *Psal. 32. 10.*  
 Confortamini & vincimini: accingite vos, & vincimini: inite consilium, & dissipabitur.  
*Ipsa. 8. 9.*

Miserere peccatorum

**S**icut Achitophel videns consilium suum posse haberi, seipsum laqueo suspenderit. *2. Reg. 17. 25.*  
 Concedit igitur fructus viae suae, suisque consiliiis saturabuntur. *Prov. 1. 31.*

Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet: & plaga dolosa dolosi dividet vul-  
nera. *Eccles. 27. 28.*

Et qui foream fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: &  
qui laqueum alii ponit, peribit in illo. *Ibid. v. 29.*

Facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvetur, & non agnoscat unde advenerit  
illi. *Eccles. v. 30.*

Laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos, antequam mo-  
riantur. *Ibid. v. 32.*

Vt qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris  
opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis novit nos? *Isai. 29. 15.*

Vt filii defensores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me. *Ibid. 30. 1.*

*Consilia mala dissipat Deus.*

Venite igitur, descendamus & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque  
vocem proximi sui. Atque ita divisit eos Dominus ex loco illo in universas terras, &  
cessaverunt edificare civitatem, (scilicet Babel), &c. *Gen. 11. 7.*

Quibus ille (Jofeph) respondit: Nolite timere: num Dei postulum resistere voluntati? vos  
cogitatis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, &c. *Ibid. 50. 19.*

Hic vocatur Balaam, ut Israelitis malediceret: quem Angelus asina loquente correxit. *Num. 22.*  
Abfalon concilio suo populi favore, adversus patrem conjuravit in Achiton, quem ipse fugit, punit  
eum. *Acta venisio, & inter alios. Consilium remissum, dissipatum consilium Achitophel. 2. Reg. 15.*

Dixitque Abfalon & omnes viri Israel: Melius est consilium Chusai Arabitae, consilio A-  
chitophel: Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel utile, ut induceret Do-  
minus super Abfalon malum. *Ibid. 17. 14.*

Factum est autem cum audissent inimici nostri, nuntiatum esse nobis, dissipavit Deus con-  
siliam eorum. *2. Esdr. 4. 15.*

Esther in convivio regem pro suo & pro populi sui vita precatur, & Aman Judaeorum adversarium  
accusat, quem rex in cruce ab illo parata Mardocheae suspensus videtur. *Esdras. 7.*

Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium pravorum dissipat. *Job. 5. 13.*

Qui habitat in caelis, iridebit eos: & Dominus subvertet eos. *Psal. 2. 4.*

Quoniam declinaverunt in te mala: cogitaverunt consilia, quae non potuerunt stabilire.  
*Psal. 20. 12.*

Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat  
consilia principum. *Ibid. 32. 19.*

Et dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus ejus, & consilium ejus praecipitabo. *Isai. 19. 3.*

*Vide etiam c. 7. v. 8.*

*Consilia Evangelica.*

Locutusque est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos:  
Vir, sive mulier, cum fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Domino consec-  
rare: a vino & omni quod inebriare potest, abstinere. Actum ex vino, & ex qualibet  
alia potione, & quidquid de uva exprimitur, non bibent. *Num. 6. 1.*

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, &c. *Matth. 16. 24.*

Si vis perfectus esse vade, vende omnia quae habes, &c. *Ibid. 19. 21.*

De virginibus autem praecipit Domini non habeo: consilium autem do, &c. Beatior au-  
tem erit, si sic permanerit secundum meum consilium. *1. Cor. 7. 25.*

Vt enim mihi est, si non evangelizavero, si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si au-  
tem invitatus, dispensatio mihi credita est. Quae est ergo merces mea? Ut Evangelium predi-  
cans, sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar potestate mea in Evangelio. Nam cum  
liber esse ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrificerem. *Ibid. 9. 16.*

De consilio Evangelicis in specie, non omnibus communis sed paucis: nempe maxime de eribus praeci-  
pulis: Castitate, Paupertate, & Obedientia, Vide Titulus proprius: Loca vero praecipua sunt.

Castitas voluntaria suadet a Christo: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.  
Sunt enim Eunuchi--- qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere  
capiat. *Matth. 19. 11.*

De virginibus autem praecipit Domini non habeo: consilium autem do, &c. *1. Cor. 7. 25.*

Bonum est homini mulierem non tangere. *Ibid. v. 1.*

Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis si sic permanent, sicut & ego, &c. Vo-  
lo enim omnes vos esse sicut me ipsum. *Ibid. v. 8. v. 7.*

Igitur, qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius fa-  
cit. *Ibid. v. 38.*

Denique de viduis: Cui vult nubat, tantum in Domino: beatior autem erit, si sic perman-  
serit secundum meum consilium: puto autem quod & ego spiritum Dei habeam. *Ibid. v. 39.*

Paupertatem voluntariam non praecipit ad salutem, sed ad perfectionem summam: medium esse ne-  
cessarium probatur ex hoc dicto Christi: Non volo, non invenio, sed. Si vis perfectus esse, vade &  
vende omnia, quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & veni, & sequere  
me. *Matth. 19. 21.*

Obedientia voluntaria ex eodem dicto probatur, ubi Christus dicit: Sequere me: sed etiam vide ut  
distinguitur suis locis. *Ibid. 19. 21.*

TITULUS XLVIII

*Consolatio.*

*Consolatio pauperum. Vide Eleemosyna.*

*Consolatio divina in necessitatibus.*

Abraham, ad mandatum Domini exivit a patria, & de terra, cogitationeque sua, vultu ipse Do-  
minus consolatus est apparitionibus. *Gen. 12. & 15. & 18.*

Jacob a fratre suo fugienti, & super lapidem dormienti Dominus apparuit in scala magnam consola-  
tionem attulit. *Ibid. 28. 13.*

Ego ego plura vobis panes de caelo, aquam de petra. *Exod. 16. 4.*

Et ait Dominus ad Moysem: Antecedo populum. *Ibid. 17. 5.*

Affixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna. *Deut. 8. 3.*

Vestimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est sub-  
tritus, ea quadragesimus annus est. Ut recogites in corde tuo, quia ficut erudit filium suum  
homo, sic Dominus Deus tuus erudit te, ut in custodias mandata Domini Dei tui, & ambu-  
les in vis ejus, & timeas eum. *Ibid. 4.*

Non dimittam, nec derelinquam te. Confortare & esto robustus. *Jos. 1. 5.*

Precepit Dominus, ut cervi portarent bis in die panes & carum Elie. *3. Reg. 17. 6.*

Efficax Dominus consolatus est Ezechiam regem per Prophetam Isaiam, & per Angelum, qui 185000  
de exercitu Regis Assyriorum occidit. *4. Reg. 19. 6. Vide & Judith. 10. & Esther 9.*

Exauditis sunt eodem tempore oratio Sara & Tobia, & missus est Angelus, qui curaret ambo. *Tob. 3. 5.*

Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli ejus, &c. *Matth. 14. 15.*

Miserere tui, quia triduo jam perseverant tecum. *Ibid. 15. 32.*

*In persecutionibus consolando & liberando.*

Morientes erigit sospitate. *Job. 5. 11.*

Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fue-  
rit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad  
misericordiam tuam venite licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post  
temporalem, tranquillam facis: & post lacrimationem & fletum, exultationem infundis. *Tob. 3. 21. Psalm. 137. 7.*

Esperemus humiles consolationem eorum. *Judith. 8. 20.*

Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo consolationes tuae latificaverunt  
animam meam. *Psal. 93. 19.*

Consolamini, consolamini popule meus. *Isa. 40. 1.*

Ego ego ipse consolabor vos. *Ibid. 51. 12.*

Et convertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & laetificabo a dolore suo. *Je-  
rem. 31. 13. Vide de Susanna Dan. 13.*

Bonus Dominus & confortans in die tribulationis. *Nabum 2. 7.*

Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed factum  
est cum tentatione provenerit, ut possitis sustinere. *1. Cor. 10. 13. Vide Dan. 6. de Daniele.*

Benedixit Deus & Peter Domini nostri Jesu Christi, Peter misericordiarum, & Deus totius  
consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. *1. Cor. 1. 3.*

Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio  
nostra--- Scientes quod sicut loci passionum estis, sic eritis & consolationis. *Ibid. v. 5. & 7.*

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. *Ibid. 4. 8.*

Foris pugnae, intus timores: sed qui consolatur humiles, consolatus est nos. *Ibid. 7. 5.*

Noli timere, sed loquere. (Inquit Dominus per visionem nocte Paulo, cum praedicatoris Corinthi)  
& ne timeas. Propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur tibi, ut noceat tui. *Act. 18. 9.*

Constans esto (Paulo) &c. *Act. 23. 11. Vide & Act. 27.*

*Consolatio humana.*

Consolatore onerosi omnes vos estis. *Job. 16. 8.*

Consolator & ego vos sermonibus, & moverem caput meum super vos. *Ibid. v. 5.*

*Thesaur. Biblic.*

G

Ut





Eiſeus. Vade, dic ei: Sanaberis. Porro ostendit mihi Dominus, quia morte morietur. 4 Reg. 10.

Ite, & consulite Dominum super me, & super populo, & super omni Juda, de verbis voluminis istius quod inventum est: magna enim ira Domini succensa est contra nos: quia non audierunt patres nostri verba libri huius, ut facerent omne quod scriptum est nobis. 4 Reg. 22. 13.

Michaa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? 2. Paral. 18. 14. Vide & cap. 33. 18.

Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum justificationes tuae. Psal. 118. 24. Hac dicit Dominus sanctus Israel, plattes ejus: Ventura interrogate me super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. Isa. 45. 11.

Et misit rex Seditias Juchal filium Selemie, & Sophoniam filium Maafie sacerdotem ad Jeremiam Prophetam dicens: Jerem. 37. 2. Hac dicit Dominus Deus Israel: Sic dicitis regi Juda, qui misit vos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, revertetur in terram suam in Aegyptum. Et redient Chaldaei & bellabunt contra civitatem hanc: & capient eam, & succendent eam igni. Ibidem vers. 6. Vide & Zachar. 7. 2.

Missa Jeremias ad orandum ac consulendum Dominum pro reliquis Judaeorum, respondet ipse fore salvos, si in Judaea manserint, si autem in Aegyptum fugerint, dicit eis omnes gladio, fame, & peste morituros. Ibid. 42.

Consilium semper a sapiente perquire. Tob. 4. 19. Et in his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam. Eccli. 37. 19. Et ait illi Abraham: habent Moyses & Prophetas: audiant illos. Luc. 16. 29.

## TITULUS LIV.

Consulendi non sunt magi, divini, vel incantatores, & arioli.

NOa declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluatini per eos: ego Dominus Deus vester. Levit. 19. 31.

Anima quae declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, pouam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Ibid. 20. 6.

Quando ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari visis abominationes illarum gentium, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari visis abominationes illarum gentium. Nec invenitur in re, qui iustret filium suum, & ut filium, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & observet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec divinos, aut quærat a mortuis veritatem. Deut. 18. 9.

At illi responderunt ei (Ochozia stultus viri): Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite, & revertimini ad regem, qui misit vos, & dicitis ei: Hac dicit Dominus: Numquid quia non erat Deus in Israel, mittis, ut consulatur Beelzebub Deus Accaron? Idcirco de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morieris. 4. Reg. 1. 6.

Præcepit autem rex, ut convocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldaei, ut indicarent regi (Nabuchodonosor) somnia sua. Dan. 2. 2. Vide & cap. 4. 4. 6. 7. 7.

## TITULUS LV.

Contemplatio & illustratio mentis.

VILditi (Jacob) in somnis (contemplationis), scilicet stantem super terram, & cacumen illius rangens calum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes pes eam, & Dominum innixum caelo. Gen. 28. 12.

Habitavit enim (Iaac) in terra australi, & egressus fuerat ad meditando in agro. Gen. 24. 63.

Amantissimus Domini habitabit confidens in eo: quasi in thalamo tota die morabitur: & inter humeros illius requiescet. Deut. 33. 12.

Et in superioribus domus lux fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. Judith. 8. 5. Vide & 4. Reg. 4. 11.

Stetit quidam, cunctis non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi aure lenis audivi. (Nota precedenti). Job. 4. 16. Vide & 3. Reg. 19. 12. Dan. 2. 17.

Elegit suspensum anima mea. Ibid. 7. 15.

Quis mihi tribuat, ut sim juxta mentes pristinos --- quando secreto Deus erat in tabernaculo meo? Ibid. 29. 2. 4. Vide & Esther 14. 3.

Ex quo absconderit vultum, quis est, qui contempletur eum? Ibid. 34. 29.

Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum, & super excelsa statuas me. Psal. 17. 34.

In m.

In meditatione mea exardescet ignis. Psal. 38. 4.

Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo, & requiescam? ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Ibid. 54. 7.

Memor sui Dei, & delectatus sum --- & meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar. Ibid. 76. 4. 7.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Ibid. 84. 9.

Mens mea contemplata est multa sapienter, & didici. Eccli. 1. 6.

Ne fuficitis, neque evigilare faciatis dilectam, quoadquæ ipsa velit. Cant. 2. 7.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Ibid. 5. 2.

Gogitare ergo de illa (sapientia increata) sensus est consummatus: & qui vigilaverit propter illam, cito securus erit. Sap. 6. 16.

Intrans in domum meam (caelum) conqueſcam cum illa. Ibid. 8. 16.

A magnitudine enim speciei & creaturae, cognoscibiliter poterit Creator horum videri. Ibid. 13. 5.

Præcure autem prior in domum tuam, & illic avocare, & illic iude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo. Eccli. 32. 15.

Et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissã visitatio, ne dederis in illis cor tuum. Ibid. 34. 6.

Pone mensam, contemplare in specula comedentes & bibentes. Isa. 21. 5.

Contemplatus est diligenter multo intuitu: & clamavit leo, &c. Ibid. 21. 7.

Vade populus meus, intra in cubicalia tua, & claude ostia tua super te. Ibid. 26. 20.

Qui sunt isti, qui, ut nubes, volant? Ibid. 60. 8.

Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines (gubernas): dirige cor tuum in viam rectam (ad caelum) in qua ambulasti. Jerem. 31. 21.

Estote, quasi columba nidificans in summo ore foraminis (vulnereum Christi). Ibid. 48. 23.

Ingrederi & includere in medio domus tuae. Eccli. 3. 24.

Elevavit me spiritus inter terram & caelum, & adduxit me in Jerusalem in visione Dei. Ibid. 8. 3.

Domine mi, in visione tua dissolvetur compages meae, & nihil in me remansit vitium. Dan. 10. 16.

Ducam eam in solitudinem: & loquitur ad cor ejus. Osa 2. 14.

Contemplare viam (salutis), conforta lumbos, roborã virtutem valde. Nahum 2. 1.

Super custodiam meam stabo, & figam gradum super mutationem: & contemplantor, ut videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Habac. 2. 1.

Vestri autem beati oculi, quia vident, & aures vestrae, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetae & iusti cupierunt videre quae videtis, & non viderunt, & audire quae auditis, & non audierunt. Matth. 13.

Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Ibid. 14. 23.

Et ducit illos in montem excelsum secretum, & transfiguratus est ante eos. Ibid. 17. 3.

Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima --- Luc. 10. 41. Maria optimam partem elegit. Ibid. v. 42.

Miro, & inaccessibili modo discipuli Domini sacrum illustrati in adventu Spiritus sancti. Act. 2.

Postquam lux de caelo Saulum circumfulsit, ipse cadens in terram excæcatus fuit. Deinde per triduum jejunans, & orans, excellentes revelationes habuit a Christo. Ibid. 6. Vide 2. Cor. 12.

Invisibilia enim ipsius (Dei) a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus & divinitas. Rom. 1. 20.

Nos vero omnes (animam) revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a Domini spiritu. 2. Cor. 3. 18.

Nostra autem conversatio in caelis est. Phil. 3. 20.

Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Hebr. 12. 14.

Beato Joanni, squasstrato a tumultu & consolatione mundi, dum in insula sua Patmos exularet, vultu Domini facta & futura Ecclesiae revelavit, nisi per eorum Apocalypsim patet. Apoc. 1.

## TITULUS LVL.

Contemptus Mundi.

Peregrini enim sumus coram te. 1. Par. 39. 15.

Filia Babylonis misera (congregatio malorum) & Psal. 136. 8.

Aspicimus in terram, & ecce tenebre tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine ejus. Isa. 5. 30.

Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebrae, dissolutio & angustia, & caligo persequens, & non poterit avolare de angustia tua. Ibid. 8. 22.

Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Ibid. 52. 11.

Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. Mich. 2. 10.

Theol. Biblic.

Omnis qui viderit te, refiliat a te (a Mundo.) *Natum 3.7.*  
 In igne zeli ejus devorabitur omnis terra. *Sapient. 1.18.*  
 O Sion fuge (sancta anima) quae habitas apud filiam Babylonis. *Zach. 2.7.*  
 Non potest mundus odisse vos (amantes eum), me autem odit, quia ego testimonium per-  
 teo de illo, quod opera ejus mala sunt. *Johan. 7.7.*  
 Spiritum vestrae, quem mundus non potest accipere. *Ibid. 14.17.*  
 In mundo pressuram habebitis. *Ibid. 16.33.*  
 Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt. *Ibid. 17.9.*  
 Mundus eos odio habuit, (& ipse mundum) quia non sunt de mundo, sicut & ego non  
 sum de mundo. *Ibid. 17.14.*  
 Pater iuste, mundus te non cognovit. *Ibid. 17.25.*  
 Nolite conformari huic saeculo. *Rom. 12.2.*  
 Dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de presenti saeculo nequam. *Gal. 1.4.*  
 Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Ibid. 6.14.*  
 Propter quem (Christum) omnia detrimentum feci, & abitor ut stercorea, ut Christum lu-  
 crificarem. *Phil. 3.7.8.*

Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus Dei constituitur. quia amici-  
 tia hujus mundi inimica est Dei. *Jacobi. 4.3.*  
 Nolite diligere mundum, &c. *1. Joan. 2.15.*  
 Mundus totus in maligno positus est. *Ibid. 5.19.*  
 Exite de illa populus meus, ut ne sitis participes delictorum ejus. *Apoc. 18.4.*

TITULUS LVII

Contentio maligne operatur. Vide & Discordia.

**E**Go seto contentione tuam & cervicem tuam durissimam. Adhuc vivente me, & ingredien-  
 te vobiscum, semper contentiose egistis contra Dominum, &c. *Deut. 31.27.*  
 Inter superbos semper jurgia sunt. *Prov. 13.16. Vide & c. 6.14.*  
 Semper jurgia quarit malus. *Ibid. 17.11. Vide & c. 18.6.*  
 Vir sapiens, si cum stulto contendit; sive infauctur, sive rideat, non inveniet requiem. *Prov. 29.9.*  
 Non litiges cum homine linguato, & non frues in ignem illius ligna. *Ecclesi. 8.4.*  
 Objurgatio & injuria annullabunt substantiam. *Ibid. 21.5.*  
 Pungens oculum deducit lacrimas: & qui pungit cor, profert sensum. *Ibid. 22.24.*  
 Ecce ad lites & contentiones jejunatis, & percuritis pugno impie. *Isa. 58.4.*  
 Iis autem, qui fuit ex contentione. ira & indignatio a Deo preparata. *Rom. 2.8.*  
 Ambulemus. non in contentione. *Ibid. 13.13.*  
 Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis & secundum hominem am-  
 bulatis? *1. Cor. 3.3.*

Contentio inter opera carnis numeratur, quae excludit a regno caeli. *Galat. 5.20.*  
 Noli contendere verbis, ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. *1. Tim. 3.14.*  
 Stultas enim quaestiones. & contentiones. devota: sunt enim inutiles & vanae. *Tit. 3.9.*  
 Ubi enim zelus & contentio: ibi inconstantia & omne opus pravam. *Jacobi. 3.16.*

**N**E queso, sit jurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos (ait *Abra-  
 ham ad Loti*) fratres enim sumus. *Gen. 13.8. Vide & Gen. 26.12.*  
 Respondete obsecro absque contentione. *Jeb. 6.29.*  
 Non contendas adversus hominem frustra, cum ipse tibi nihil male fecerit. *Prov. 3.30.*  
 Honor est homini, qui separat se a contentione. *Ibid. 20.3.*  
 Ne contendas cum pessimis. *Ibid. 24.19.*  
 Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi. Multos enim  
 perdidit aurum & argentum, & usque ad cor regum extendit & convertit. *Ecclesi. 8.2. & 3.*  
 Noli litiges cum homine linguato, & non frues in ignem illius ligna. *Ibid. v. 4.*  
 Ne fueris mediocrius in contentione ex seniore, & est tibi nihil in saeculo: eris enim invi-  
 dus vite tuae. *Ibid. 18.33.*  
 Abstine te a lite, & minues peccata. *Ibid. 28.10.*  
 Et ei, qui vult tecum iudicio contendere, & unicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium  
 Martis. *1. Cor. 11.20.*

Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neque Ec-  
 clesia Dei. *1. Cor. 11.16.*  
 Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. *Phil. 2.3.*  
 Servum autem Domini non oportet litigare. *1. Tim. 2.24.*

TITULUS LVIII

Construere Spiritum Sanctum. Vide Ephesi. 4.30.

TITULUS LIX

Construere ad penitentiam commendatur. 2. Corinth. 7.9.

TITULUS LX

Contentio.

Vide Conversio ad Deum, & Penitentia.  
Contentio vera praedicatur.

**H**ec dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Bonas facite vias vestras & stultitia vestra,  
 & habitabo vobiscum in loco isto: Nolite considerare in verbis mendacii, dicentes: Tem-  
 plum Domini, templum Domini, templum Domini est. *Jerem. 7.3.*

*Joannes praedicator in deserto Judae dixit: Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum  
 caelorum. Mat. 3.2.*  
 Exiitque cepit Jesus praedicare & dicere: agite Penitentiam & appropinquavit enim regnum  
 caelorum. *Ibid. 4.17.*

Et venit in omnem regionem Jordanis (*Joannes*) praedicans baptismum penitentiae in rem-  
 issionem peccatorum. *Luc. 3.3.* Facite ergo fructus dignos penitentiae, & ne coepitis di-  
 cere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis  
 suscitare filios Abraham. *Ibidem 8.*

Nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis. *Ibid. 13.3. Vide & v. 5.*  
 Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, --- & praedici in nimis ejus  
 praedictum & remissionem peccatorum in omnes gentes. *Luc. 24.46.*

Petrus vero ad illos: Penitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrum in  
 nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum: & accipietis donum Spiritus sancti. *Act. 2.38.*  
 Penitentiam igitur, & convertimini, & deleatur delicta vestra. *Ibid. 3.19.*  
 Penitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi haec  
 cogitatio cordis tui. *Ibid. 8.22.*

Et tempora quidem hujus ignorantiae despiciens Deus, & nunc annuntiat hominibus, ut omnes  
 ubique penitentiam agant, eo quod statuit diem in quo judicaturus est orbem in aequitate.  
*Ibid. 17.30.*

Testificans Judaeis atque gentilibus in Deum penitentiam, & fidem in Dominum nostrum  
 Jesum Christum. *Ibid. 20.21.*

His, qui sunt Damasci primum & Hierosolymis, & in omnem regionem: Judae & genti-  
 bus annuntiabam, ut penitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna penitentiae  
 opera facientes. *Ibid. 26.20.*

Contentio vera promittitur remissio seu cunctis.

**C**umque quaesieris tibi Dominum Deum tuum, invenies eum; sitamen toto corde quaesieris,  
 & tota tribulatione animae tuae. *Deut. 4.29.*  
 Cum ergo venerit super te omnes sermoes istius, benedictio siue maledictio, quam proposui  
 in conspectu tuo: ductus penitendae cordis tui in universis gentibus in quas disperserit te  
 Dominus Deus tuus, & reversus fueris ad eum, & obediens ejus imperiis, sicut ego hodie  
 praedico tibi, cum filius tuus, in toto corde tuo, & in tota anima tua: reduct Dominus  
 Deus tuus captivitatem tuam, ac miserabitur tui. *Ibid. 30.1.*

Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferite Deos alienos de medio vestri:  
 Baalim & Astartoth: & preparate corda vestra Domino, *ait Samuel ad universum Israel. 1. Reg. 7.3.*

Si clausero caelum, & pluvia non fluxerit, & mandavero & praepere locustae, ut devoret  
 terram, & misero pestilentiam in populum meum: conversus autem populus meus super quos  
 invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquireret faciem meam, & egerit pen-  
 itentiam a vis vis pessimis: & ego exaudiam de caelo, & propitius ero peccatis eorum, &  
 sanabo terram eorum. *Eccl. 2. Paral. 7.17.*

Ad regem autem Juda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini: Haec dicit  
 Dominus Deus Israel: quoniam audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, &  
 humilitas es in conspectu Domini super his, quae dicta sunt contra locum hunc, & haec  
 bitatores Jerusalem, revertitque faciem meam sicut vestimenta tua, & siveisti coram me,  
 ego quoque exaudivi te, dicit Dominus. *Ibid. 34.26.*

Si reversus fueris ad omnipotentem, zelificaberis, & longe facies iniquitatem a tabernaculo  
 tuo. *Job 22.23.*

Qui abscondit scelera sua non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. *Prov. 28. 13.*

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniquitatem meam non abscondi. *Psal. 31. 5.*  
Lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite a gere perverte, discite benefacere, quarite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite & arguite me, dicit Dominus: Si fuerint peccata vestra sicut coccinum, quasi nix dealbabitur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. *Isa. 1. 16.*

Propterea expectat Dominus, ut misereatur vestri: & ideo exaltabitur, parcens vobis: quia Deus iudicis Dominus: beati omnes qui expectant eum. Populus enim suum habitabit in Ierusalem: plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui, statim ut audierit, respondebit tibi. *Ibid. 30. 18.*

Convertimini ad me, & salvi eritis omnes fines terræ: quia ego Deus & non est alius. *Ibid. 45. 22.*

Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. *Ibid. 55. 7.*

Si penitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus eam: agam & ego penitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei. *Jerem. 18. 8.*

Audienti audivi Ephraim transigrentem: castigasti me, & eruditus sum, quasi juvenculus indomitus; convertite me & convertar: quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim convertisti me, egi penitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussit femur meum. Confutium sum & rubui, quoniam insinui opprobrium adolescentiæ meæ, &c. *Ibid. 31. 18.*

Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam: vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, vivet. *Ezech. 18. 21.* Et cum avertit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam vivificabit. Considerans enim & avertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita vivet, & non morietur. *Vide ad finem. Ibid. 17.*

Si autem dixerit impio: Morte morieris, & egerit penitentiam a peccato suo, feceritque iudicium, & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidem iniustum, vita vivet, & non morietur. Omnia peccata ejus quæ peccavit, non imputabuntur ei: iudicium & iustitiam fecit, vita vivet. *Ibid. 33. 14.* Cum enim recesserit iustus a iustitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis. Et cum recesserit impius ab impietate sua, feceritque iudicium & iustitiam, vivet in eis. *Ibidem 18.*

Convertere Israel ad Dominum Deum tuum: quoniam corruiisti in iniquitate tua, & Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneæ: quia adversus est furor meus ab eis. *Osee 14. 2.*

Nunc ergo dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro, in iunio, & in flexu, & in planctu. Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. *Jos. 2. 12.*

Quis scit si convertatur, & ignoscat Deus: & revertatur a furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala, & misertus est Deus supra malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. *Jona 3. 5. Vide Jerem. 16. 17. Cap. 15. 5. 35. 15.*

Convertimini ad me, ait Dominus exercituum: & convertar ad vos, dicit Dominus exercituum; &c. *Zach. 1. 3. Isa. 21. 12. Jerem. 3. 12. 4. Reg. 17. 13. Ezech. 18. 30. Cap. 20. 7. Cap. 33. 12.*

A diebus enim patrum vestrorum recessistis a legitimis meis, & non custodistis. Revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus exercituum: Et dixistis: In quo revertemur? *Malach. 3. 7.*

Revertere ad Dominum, & avertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem: & cognosce iustitiam & iudicia Dei, & in sorte propositionis & orationis altissimi Dei. *Ecclesi. 17. 23.*  
Sargam & Ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in calum, & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. *Luc. 15. 18.*

Penitentiam igitur & convertimini, & deleantur peccata vestra: ut cum venerint tempora refrigerii & conspectu Domini, & miserit eum, qui prædicatus est vobis Iesum Christum, &c. *Altor. 3. 19.*

Nunc ego mitto te aperire oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem, & de potestate Saranæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem, quæ est in me, *Ibid. 26. 18.*

*Contritio querenda dum sani sumus.*

Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. *Ecclesi. 5. 8.*  
Nod demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil, potest confessio. Confiteberis vivens, vivus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & glorificaberis in miserationibus illius. *Ibid. 17. 26.*

Memento paupertatis in tempore abundantia, & necessitatum paupertatis in die divitiarum. *Ibid. 18. 25.* Homo sapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia. *Ibidem 27.*

*Contritionis vera exempla.*

Dixeruntque filii Israel ad Dominum: Peccavimus, redde tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idola profererunt, & fervierunt Domino Deo, qui doluit super miseriis eorum. *Judic. 10. 15.*

Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. *2. Reg. 12. 13. Vide 2. Reg. 24. 10. seqq.*

Consternatique principes Israel, & rex dixerunt: Iustus est Dominus. Cumque vidisset Dominus, quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semejam dicens: Quia humiliati sunt, non dispergam eos, daboque eis pauxillum auxilii, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sefac. Verumtamen fervient ei, ut fiant distantiam servitutis meæ, & servituti regni terrarum. *2. Paral. 12. 6.*

Qui (Manasses) postquam coangustatus est, oravit Dominum Deum suum: & egit penitentiam valde coram Deo patrum suorum. Deprecatusque est eum, & obsecravit intente: & exaudivit orationem ejus, reduxitque eum Ierusalem in regnum suum, & cognovit Manasses, quia Dominus ipse esset Deus. *Ibid. 33. 12.*

*Rufinum missus Jonas ad Ninivitas prædicat civitatis subversionem: illis autem ad Deum conversis magna penitentia signa ostendentibus, parit Dominus civitati. Jona 3.*

Et clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliaverunt animas suas in jejuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum, &c. *Judic. 4. 8.*

Tunc coepit (Petrus) detestari & jurare quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit; & recordatus est Petrus verbi Iesu, &c. & egressus foras flevit amare. *Matth. 26. 74.*

Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod accubisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti, & stans retro fucus pedes ejus, lacrimis coepit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tegebatur, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. *Luc. 7. 37.* Et conversus ad mulierem dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, & aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrimis rigavit pedes meos, & capillis suis terxit: ideo remittantur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Ibid. 44.*

Surgam, & Ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in calum & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. *Ibid. 15. 18.*

Et Publicanus a longe stans, volebat nec oculos ad caelum levare, sed percutiebat pectus suam, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. *Ibid. 18. 13.*

Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. *Ibid. 19. 8.*

Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, &c. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. *Ibid. 23. 40.*

His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quis faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos: Penitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrum &c. *Altor. 2. 37.*

*Contritionis falsa exempla.*

Dixitque Cain ad Dominum: Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. *Gen. 4. 13.*  
Vocavit autem Pharaon Moysen & Aaron, & dixit eis: Orate Dominum, ut auferat ranas a me, & a populo meo: & dimittam populum, ut sacrificet Domino. *Exod. 8. 8.*

Misitque Pharaon, & vocavit Moysen & Aaron, dicens ad eos: Peccavi etiam nunc Dominus iustus; ego & populus meus impij: Orate Dominum, ut desinant tonitrua Dei, & grandis: & dimittam vos, & nequaquam hic ultra maneat. *Ibid. 9. 27.*

Quam ob rem Iesum Pharaon vocavit Moysen & Aaron, & dixit eis: Peccavi in Dominum Deum vestrum & in vos; sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat a me mortem istam. *Ibid. 10. 16.*

Pro eo ergo quod abiecit sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex. Dixitque Saul ad Samuelem: Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. Sed nunc porta, queso, peccatum meum: & revertere mecum, ut adorem Dominum: & ait Samuel ad Saul: Non revertar tecum, quia projecisti sermonem Domini, & projecit te Dominus, ne sis rex super Israel. *1. Reg. 15. 23.*

At